

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 7. Qualis esse debet dolor ad recipiendam gratiam baptismi & ex quo motivo produci debet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Baptismi. Cap. V. 83*

rum vestrorum. Et ex Divo Augustino relato  
in Canone: *Omnis enim, inquit, qui jam* Can. Tres sunt  
arbiter voluntatis sua constitutus est, cùm ac- De Pœnit.  
cedit ad Sacra menta fidelium, nisi eum pœ- dist. 1.  
*niteat vita veteris, novam non potest inchoa-*  
*re: ab hac pœnitentiâ cùm baptizantur, soli*  
*parvuli sunt immunes, nondum enim uti pos-*  
*sunt libero arbitrio.*

*Quæst. 7. Qualis necessariò debet esse do-*  
*lor ad recipiendam gratiam Baptismi, & ex*  
*quo motivo produci debet?*

*Resp.* Viderur, quod juxta Concilium Tri-  
dentinum iste dolor produci debeat ex motivo  
amoris Dei, & quod solum motivum timoris  
pœnarum gehennæ minimè sufficiat. *A Deo,* Conc. Trid.  
sess. 6. De  
*inquit, justificari impium per gratiam ejus,* Justifi. c. 6.  
*per redemptionem qua est in Christo Jesu;* &  
*dum peccatores esse se intelligentes, à divina*  
*justitia timore quo utiliter concutiuntur, ad*  
*considerandam Dei misericordiam se conver-*  
*tendo in spem eriguntur, fidentes Deum sibi*  
*propter Christum propitium fore, illumque*  
*tanquam omnis justitia fontem diligere inci-*  
*piunt, ac propterea moventur adversùs pecca-*  
*ta per odium aliquod & detestationem, hoc*  
*est, per eam pœnitentiam, quam antè Baptis-*  
*mum agi oportet. Proindeque, juxta Conci-*  
*lium, oportet ut detestatio peccatorum re-*  
*quisita ante Baptismum, procedat ex amore*  
*Dei tanquam omnis justitiae auctoris; atqui*  
*amor, quo amatur Deus, ut auctor omnis*  
*justitiae, est propriè amor charitatis; ergo*  
*Concilium voluit pro adultis ad dispositionem*  
*in Baptismo actum amoris charitatis.*

Hoc autem clarius apparet ex Actis ejusdem  
Concilii relatis à Cardinali Palavicino in ejus  
historia. In actis legitimis servatis in Aelia  
arce sancti Angeli, his verbis, additur eo- Palavic. M. 8.  
histor c. 23.  
q. 12.

D vij

## 84 TRACTATUS II.

dem capite, Deum tanquam omnis justitiae fontem diligere incipere, ac propterea moveri adversus peccata per odium aliquod ac detestationem, hoc est, per eam poenitentiam quam ante Baptismum agi oportet, &c. Quod attinet ad id quod dicitur de dilectione, Advertendum est per tenorem Decreti prius delineati nullam fieri dilectionis mentionem; sed Salvatorem Alepium Archiepiscopum Turritanum, Claudium filium Societatis Iesu, Lypomannum Veronensis adjutorem & Pium Franciscorum Prasidem admonuisse, ut aliquis charitatis actus insereretur. Cumque id ad omnium Patrum judicium relatum fuerat, cum aliis praeceps notis, ut indicavimus: viginti tres ex ipsis diserte istud comprobasse, adeoque insertum Decreto.

Quibusdam pariter animadvententibus charitatem superiori capite memoratam recenseri sub illius initium decreti inter ea qua preparant animam ad justitiam suscipiendam: postea vero tanquam ipsius justitiae formam ponit. Responderunt Decreti formatores, in primo loco sermonem esse de quodam actu charitatis, cum insit aliqua dilectio in homine non quidem obtinente, sed exoptante justitiam, at in secundo significari habitum charitatis.

Denique idem dolor eademque attritio, quae in Sacramento Poenitentiae requiritur, ad Baptismi quoque Sacramentum desideratur; de quo pleniùs in Tractatu de Poenitentia. Tom. 4.

Quæst. 8. Est-ne baptizando imponenda aliqua Poenitentia in satisfactionem suorum peccatorum?

D. Th. 3. p. Resp. Dicendum, ait Divus Thomas, quod q. 68. art. 5. restituere male ablata proximis, & satisfacere eis de injuriis illatis, est cessare a pec-